

Quin victus, illam vinceret.  
 Ergo suos cernens vanos fors ista labores,  
 Et irritos omnes dolos,  
 Auxilium poscit supplex à Morte: roganti  
 Mors paret illi protinus,  
 Et Regis primum è na:is truculenta trucidat,  
 Cui tertium mox addidit.  
 Heu iuuenes ambos, ambos nil tale timentes,  
 Spem patria ambos & decus.  
 Tandem etiam, ô facinus! parta iam pace fruente  
 Aggressa patrem sustulit.  
 Sublatum ingemere omnes, sed pra omnibus, illa  
 Illa Camœna nobiles,  
 Hebraea, Græca, & Latia, quas illa fouebat,  
 Ut filias charas pater.  
 Quæ nunc ut referant illi quæ præmia possunt,  
 Fouent vicissim mortuum.  
 Et (quantum in sese est) à caca mortis opaca  
 Oblivione vindicant.

---

FRANCISCI, FRANCISCI REGIS F.  
 primogeniti, & Galliarum (quem vocant)  
 Delphini, propinato apud Auenionem  
 veneno proditoriè sublati,

MEMORIAE.

**H** Vnc etiã iuuenẽ extinctũ, rogo, cerne viator.  
 Hei mihi cur viuum dicere fata vetant?

His